



IOANNES honestis parentibus natus, & optimè educatus est. Is cum felici ingenio insignis esset, parentum consilio operam literis dedit, & prima rudimenta egregie percepit. postea uero ad uarias academias profectus philosophiae incubuit, & rerum naturalium magnam sibi notitiam comparauit. Quin etiam studium Mathematices percurrit, & astrorum atque syderum uarios effectus didicit. Hisce scientijs tandem etiam Medicinæ studium coniunxit, atque sua diligētia effecit, ut Doctorum insignia adipiscere retrur. Hanc eruditionē cum Erphordianus amplissimus senatus intellectisset, eum suę urbis Physicum ordinarium constituerūt, atque etiam Medicinæ pretiore in declararūt. Haicē functiones Ioannes magna dexteritate expediuit, & sua eruditione omnibus bonis innotuit. Cum etiam astrorum rationes uaria generi humano portendere uiderentur, ipse sub initium anni 1566 Ephemerides publicauit, atque quid nobis expectandum sit, uarijs rerum anteactarum exemplis declarauit. Hoc modo Iacobus Erdphordiaæ etiamnum supereft, & subinde aliquid meditatur, quod generi mortaliū prodesse, atque patriam exornare queat. Anon.